



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.17. Omnes eiecit. Omnes vnico plectit flagello, & meritò mensas eorum euertit, dicendo: Auferte ista hinc: verba nobis maximè ponderanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

tiotam illarum vitam omni pvanitate ac scelere corrupiam, fatu superque ad se ipsam torquendam sufficere. Hæc est sententia a Doctore Catholico merito profunda: de hoc autem argumento scribit optime modestus Auctor. En tibi ex Joannes Pineda in quibus Deus flagella colligat. c. 40. 126 14. in quibus Deus flagella colligat. Funiculos illos rapit, quibus illi ipsi suas ad templum adduxerant animalium pollutiones, & de illis ipsis flagellum componit, commoto vultu, & in eos incandescentis progreditur, eorum mensas evertit, pecunias prostermit, eos ipsos incipit percutere velut canes tanto fortitudinis impetu, ut nullus sit qui sparsas colligat pecunias, loco hæreat, omnes in fugam se dant præcipientes, non morantur, non sistunt ne momento quidem: hic enim Christus divinam suam prodidit clarè potentiam, tantumque in eis tremorem excitavit, quantum solebat in hostium suorum cordibus, ut sapè ex S. Scriptura declaratur.

§. 17. Omnes eiecit. Omnesonica plebsit flagello: & merito mensas eorum evertit, dicendo: Auferte ista hinc: verba nobis maxime ponderanda.

Verum enim vero te Domine deprecor, ut vel parumper pedem figas, & attendas quid agas. Nullum principium in materia castigandi ita præstitutum, quam habete ratione in ponendo qualitaris personarum: nec enim suadete videtur æquitas, idem quatumvis sit nobilis & plebei delictum, vnum tamen esse & æquale: utriusque supplicium: omnes etenim vocant id quid dicitur, quod potens ac nobilis solvit in ære, pauper autem in cete. In quibusdam

I. Cui omnes æquis lex expressa statuitur, ut nobilis vltimo non possit capitis affici: supplicio, nec membrorum mutilatione multis in casibus quod si plebsus poena multatur. Hic nemo dubitat, quin fuerint diversa homines conditionis, quidam Domini dantes quorum erant bona, alij serui qui illa dirigebant: quidam in illa Republica optimates, quidam de plebe vulgares; imò quidam Sancti opantur, quod non solum adessent seculares, sed etiam sacerdotes, & eorum primatij: nam Orientales de eorum id licet cupiditate suspicati, quæ corda Episcopos, eorum plebsa flagrabant, & ex illa hanc fulete-Vide Tolebant auari negotiationem. Ita sententia SS. Pontificum in r. tifices D. Anacleus, Pius primus, D. Iulius 2. Ioannis primus, advertendo, quod peccantes sacerdotes, non sit licitum secularibus, nec subditis castiga-

re: idcirco dum hic peccant sacerdotes, noli it Christus ut altera quam sua manu eis inferretur pro delicto supplicium. Hoc argumentum profertur D. Gregor. sibi soli hoc Deus sacerdotum refernat supplicium: Deo igitur relinquatur puniendi.

Cum filij Israel ad montem Sinai pervenissent præcipit Deus, ut ibi tentoria ligant, & erigant tabernacula: iam tamen tempus danda populo legis imminebat. Montem ascendit Moyses, in quo Deus erat illi locuturus, cui & ait: Moue populum, ne quis propius huc accedat, nec homo, nec bestia, sed nec pedem quidem attingat montis sub poena capitis. Descendit Moyses, & hoc præceptum populo significat; ad montem reuertitur, rursus descendit, eisque quæ tibi dixi nuntica; dic ut non accedant. Domine, iam monui, ut non accedant. Nihilominus descende, & dic illis nominatim sacerdotibus (erant hi primogeniti) sacerdotibus qui accedunt ad Dominum sanctificentur: illi amplius quam ceteri: ne percutiat eos; reliquos iudicio relinquatur, eos ergo puniam, & quanto manus est mea potentior, erit eorum grauius tantio supplicium.

Quæ igitur Domine iustitiâ pari cunctos poena castigas, & Dominos sicut lectuos ac mancipia, sacerdotes sicut laicos pari flagello eliminasti: Ratio est: quia hic iuste procedit legum instituta, diuersis decernendo poenas iuxta diuersam hominum conditionem: etenim iudices non pari quæ executionem contra omnes auctoritate polent, & aliquando si virum præpotentem, eodem quo pleberum vellent afficere supplicio moueret non leuem Republica seditionem ipsius cuiusque subsidio. Iuxta familiarum: qui, imò & ipse David volens, ut metebatur, ducem suum Ioab castigare, non hoc præsumptè veritus, populi, militumque seditionem; prægrandi namque pollebat potestate. Quocirca ad pacis Republicæ conseruationem hoc poenarum decernitur discrimen. Præter hoc singulariter inter homines attendantur qualitates, & opes personarum, ex illis etenim diuersæ manant conditiones, & ex quibus diuersi in Republica status eriguntur: cum autem diuersæ sint in qualitate personæ, requirit æquitas, ut diuersa sint in qualitate æquantate supplicia.

IV. Ve imtamen intuitu Dei locum non habet: In Deo Primò: quia respectu illius non est maior, minor, illa est neque potentia: cum omnium hominum sub personarum premium tam sit infirmus, quam vermiculus disparitas lus. Infillum & magnum ipsi facit, & aqua. Sapi 6. 3. luter

II. Sacerdotum supplicium ad Dei tentoriatum tribu-
III. Iustè hic a tentoriatum in puniendo persona-
conditio.
IV.

liter cura est illi de omnibus cui tam facile est in nihilum redigere. Iupremis coeli Seraphinos, ac formicas terræ, populum iustum. Secundo: quia ratione illius, hoc tibi persuade, quod omnes homines vnus eiusdemque sint qualitatis: duces & pauper, nobilis & rusticus. In eundem vos deijcet ignem inferni, diuites, si luxuriose viuatis, in quem pauperes, qui tales vixerint. In eisdem vos ergallus concludet nobiles ac Principes tot libidinum reos, ac vilissimum qui in ijs fuerit, in salarium. Iisdem vos profundis ignium demerget cacabis mille serpentibus veribusque scatenibus exutendas, nobilissimas feminas, quæ ad Dei nominis iniuriam vestræ in omnibus clis obsecuta voluptati, quibus acillam vestram, siquidem in illo ipso discrimen erit & disparitas, non habita ratione ad mundi qualitates, sed ad criminum gravitates, hanc enim Deus iudex iustus considerabit. Eodem modo Deus agit cum Rege, ac cum mancipio, cum plebeio ac cum generoso, hoc enim est, quod voluit vt Rex Iechonias intelligeret, ne sibi persuaderet, quia Rex erat, quod idcirco Deus hoc in eo dissimulans præteriret, quod in subditis eius puniens non præteribat. Si fuerit Iechonias annulus in manu dextera mea, inde eyciam is dicit Dominus.

Hiere. 22. 24.

¶ 53 Hoc si rem capio, per Isalam indicauit agens de iudicij sui die: *Eccè Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & disperget habitatores eius. Et erit sicut populus sine sacerdos, & sicut seruus sine Domino: eius sicut ancilla sine Domina eius: sicut emens, sic ille qui vendit: sicut fenerator, sic is qui mutuum accipit &c.* deinde adiungit: *In die illa visitabit Dominus super militiam caeli in excessu, & super reges terræ, qui sunt super terram, & congregabuntur in congregatione vnus fascis.* Procedet contra militiam caeli, & populum terræ, id estobiles & ignobiles Ecclesiasticos & sæculares, & ex illis falces componet. An tibi exiit, quod Saluator veller ait: quod in die iudicij præcipiet Zizania in falces colligi, quosdam his illos alij: quid hoc? Ex impudicis colligabitur fascis vnus: *Alligate ea in fasciculos ad comburendum: ex vltarijs aket, ex proditoribus alius, ex murmuratoribus quidam: Omnes sicut in congregatione vnus fascis:* de vobis enim diuitibus, & vobis pauperibus, & vobis nobilibus, & vobis plebeis, si impudici fueritis vnus congregabitur fasciculus, & si par omnium vestræ culpa fuerit, pat erit & pœna. Hæc aqua est Dei iustitia: oram qua alie non valent conditiones, quam esse bonum quem aut malum, &

Matr. 13. 30.

V. Omnes sicut in congregatione vnus fascis: de vobis enim diuitibus, & vobis pauperibus, & vobis nobilibus, & vobis plebeis, si impudici fueritis vnus congregabitur fasciculus, & si par omnium vestræ culpa fuerit, pat erit & pœna. Hæc aqua est Dei iustitia: oram qua alie non valent conditiones, quam esse bonum quem aut malum, & Hieron. Bapt. de Laniica Tom. III.

sic egentibus, qui boni fuerint idem daturus est regnum quod diuitibus, qui boni fuerint, & vulgaribus sanctis idem coelum, quod ijs nobilibus si à sanctitate commendantur, solummodo distat in statu in qualitate bonitatis, sanctitatis ac meritum, omnia alia differentia eorum, quas statuit mundus in personis: sic crede futurum in peruersorum malorumque supplicio. Attende, qua ratione cunctos aggrediatur, qui licet statu differant personarum, pares sunt in culpæ qualitate, quocirca flagellat omnes, & iisdem funiculis hos & illos indiscriminatim castigat, omnes vt canes excipit, & qualiter de templo exturbat & ablegat vnicuique. Confestim irruit in collybiatum mentas, soloque deijcit vniuersam pecuniam. Et nummulariotum effudit, & magnas subuertit. Actionem hanc diuinam nemo non admiratur in qua Christus brachij sui demonstrat potentia: cū enim illi pecuniam vt Deum suum colerent, videant autem quod illam pedibus proterendam in terram effundat, non sese eius opponunt defensores, sed hoc vnice agunt, vt flagra fugiendo immunes euadant, etenim verè illos diuina splendor maiestatis, qui in facie, teste D. Hier. reucebat, mirum in modum in tali occasione perterriti: summaque in hoc sapientia processit: quia conformiter ijs, quæ diximus, pecuniam ardent, quam illi vt Deum suum netarie venerabantur in templo mensis impostam velut in Altariis: hoc etenim in illo referente Euangelista, Zelum excitant feruentissimum.

Quod Deus sæpenumero ducibus populi sui Deutero, præceperat, hoc erat si quando locum aliquem intrarem, vbi reperirent incolæ idola sua super altaria collocasse, intrepide confringerent idola, submitterent aras, solo deijcerent, eorumque præcipite memoria, nec esset quidquam quod denno Deus idolopossent erigere idololatras. Eo modo processit Ierusalem Zelosus Rex Iudas, inque tanto feruore, vt eum Ieri me Spiritus S. hac de causa tam præclaris celebret motum. eloq. sicut supra memoraui: ingressus enim in templum Domini illudque multis conspurcatum dolens idolis in altariis erectis omnia comminuit, redegit in puluerem, arasque solo, Zelo feruidus, adæquauit.

Notat autem particulariter D. Ioan. Euangelista, referens qua ratione Deus de supremo celorum vertice in abyssum terræ superbos illos deiecit Angelos, qui Deo rebelles, sed suam peccati diuinam ari proximam & collateralem locare moliebantur: vt ostenderet, quod in æternum numerum euerterentur, quod essent ascensuri, ait: quod decidenda-

In c. 9.

Matt.

7. 6.

VI.

12. 3.

4. Reg. 13.

VII.

Locus &

deiecit Angelos, qui Deo rebelles, sed suam peccati diuinam ari proximam & collateralem locare moliebantur: vt ostenderet, quod in æternum numerum euerterentur, quod essent ascensuri, ait: quod decidenda-

tibus Apoc. 11. 3

Apc. 12. 3 ibus illis, neque locus eorum inueniuntur amplius in celo. Quando quis de ciuitate migrat in aliam, eius autem domus fixa suoque nomini propria remanet, spes est, quod ad eam in transitu saluē remaneat. In mensa Regis Saul habebat Dauid locū sibi designatum: quamuis locū illum sibi propriū possidebat, semper spes erat, quod in eo scilicet reuerteretur, & in mensa regia comesturus, aliquot licet diebus nō aduisset, aliō peregrē profectus. Quando iā desinitū erat, quod eō non esset amplius, rediturus, sedes illa inde mouebatur. Hoc Christus illa voluit actione declarare, qua mensas nummosq; subuertit, quod post hac nunquam eō campores essent redituri, vt tantam in templo patrent sacrilegij nequitiam. Hoc quoque tibi facie, dum incuberet, vt nedum peccatum exturbaret, sed inuipere & locum, in quo sedebat, illudque erectum continebatur. Si in tali domo ludere & insuetis ritibusque bona dilapidare, nec non vxoris dotē aleis ludisque impendere; si ingressus in talem locū occasio fuit, qua cū tali cecaueris, cuiusque te nō honesta perdidit familiaritas: si ad populi coronā accedere tibi det distractionū, ac diffamationū occasio: locū illū euerit; si namque ille manserit, ilico reuertetur simulachrum, sicut passet quem adijciet ei lapidem de petra: foramine expellis, porro si indum in eo reliqueris, confectum iterum aduolabit. De hac prudētia Rex commendatur Iosias, qui non solū de templo lasciuos quosdam & immundos exturbauit, qui suas illic adiculas exererant, sed illos eliminans eorum pariter deleuit adiculas: *Destruxit quoque adiculas effominatorum.* &c.

4. Reg. 3. Hoc peccato Christus ad columbarum tururumque conueniunt venditores, quos seuerō, ac venerabili vultu alloquitur: *Auferite ista hinc, & nolite facere domū Patri mei, domū negotiationis.* Emphaticū est illud pronomen *ista*, similiter & illud aduerbium *hinc*. *Auferite*, mandat, *ista*, quid est, *ista*: Cur nō exprimis dicens: auferite de domo Patris mei turtures & columbas? quia illas ad templū deferri non prohibebat: imo potius illas in illud volebat afferri, vt ex illis sacrificia pacifica Patri suo aeterno iuxta legis decretum offerrentur: condēna autē immunditiam, qua illas ibidē habebant ad instar fori, & peruersam lucrandi intentionē, qua illas adduxerant. Hinc capies, quod Christus non contradicat verbis his *ō Auferite ista hinc*, alijs verbis, quæ ex Davide videntur illis ex opposito repugnare. Conatur propheta regius sanctos adhortari vt ad Dei recurrant tabernaculū cū oblationibus arietum,

ouū, vitulorū, & animalium, vt illa Deo conferent, quatenus illorum muneribus filios Dei se esse protestentur, qui vt tales de eius agant honore nominisque gloria, *Auferite Domino filij Dei, auferite Domino filios arietum: Auferite Domino gloriam & honorem, auferite Domino gloriam nominis eius: adorare Dominū in atrio sancto eius.* Quinquies autē *Auferite*. *Auferite* ad tabernaculū Dei ea, quæ sunt in eo sacrificia: da adferite oues boves, arietes, vitulos, & columbas. Hoc Dauid exposcit. Vile igitur, qualiter hodie illa omnia ad templū afferentes tanta copia vt illis quinque Saluator nollet vnico in petu illos & omnia subuertat, mandetque foras eliminari: *Auferite ista hinc.* Quid hoc noui Domini? Hoc quod Dauid præcipit vt ad templū in Dei gloriam adferamus, tu præcipis vt efferamus, & flagello minax, tu ipse omnia de templo propellis; qua ratione hoc *Auferite ista hinc*, Saluatoris, conuenit cum illo Davidis: *Auferite Domino filios arietum &c.* Non præcipit de templo foras expelli per se, id quod Dauid in templum adferri horabatur, sed auaritiam, sed templi pollutionem: hanc etenim illi sacrilegi his omnibus permittēbant, qui nondum se, non esse filios Dei demonstrant eius honorantes domum sed capitales inimicos, Deū illo ipso grauiter irritantes, quo non mediocriter honorare debuerant, domum Dei in speluncam latronum furumque conuerientes.

Deo per placet gratumque est, quod ad templū *Eco. 14. 15* adferas oculos, os, manus, pedes, caput, cor, & *34. 10* cuncta: quoniam displicet illi nisi manibus vacuus eius intres Ecclesiam, infringens eius decretum *Pro. 16. 16* multoties repetitum: *Attamen non peruersa hoc fiat intentione, non impudica, non execrabilis* Quæ & profanitate, sed vt omnia gratissimū Deo sacrificium offerantur: oculos adfero, quatenus illos tiones in mortifices, & in Deū solummodo dirigas, velut templum eorum scopum, os adfero, vt illi vitulos offeras adificia labiorū, de quibus *Off. orando veniā delictō. Off. 14. 3* rum gratiam que postulando. Aures adfero sacrificandas, & verbis S. Euanglij, prædicatoris, diuinisq; laudibus, quæ cantantur, submitteas. Manus adfero, quibus pectora cum publicano tundas, quibus pauperi ex delatis pecunijs succurras liberalis. Illa vero praua deferte intentione, eaq; ibidē habere leuitate inhonesta, velut in foro vicoque publico, hoc est quod Deū offēdit non leuiter, quod oculos adferas, vt aliam adspicias, signa nutuque facias: aures vt mundi tabulas nouasq; percipias: genua vt erecta habeas, non in terram deflexa: pedes vt hac illaque per Ecclesiam

Ecclesiam discentas, velut per stadium, & tam paruo respectu, quo per forum obambulans: Audi quid tibi dicat: *Auferite ista hinc.* Hinc talis petulantia, apage talem irreuerentiam.

X. Domum Dei de- cet san- ctitudo.

55

Nec inconsiderate præterea adverbium *hinc:* *Auferite ista hinc:* q. d. Attende, qualis sit hic locus à talibus in tantum alienus. Locus hic Dei domus est, diuina sedes maiestatis eius præsentia locus ordinatus. An tibi videntur hæc illi conuenire? Hic orare, tacere, & cotà diuina tremere debes maiestate, nō cachinnari, nō cū mulierculis iocari: hic patere tribuere elemosinā nō de tuis colloqui cupiditatibus. Magni ponderis erant illis hæc Saluatoris verba. Ied nobis multo grauioris tanto quanto templum nostrū illorum templo est eminentius. Ibi Deus aderat tantummodo figuris obumbratus, Angeli in cortinari depicti velis, Cherubini vmbraçti, propitiatorii representatiui, remissio peccatorum delineata. Sacrificia puris litabatur animalibus: quæ namque offerebantur, virtuti erant, arietes, agni, & oues, tanta sanguinis effusione, vt magis lanuaria esse viderentur (vbi id quod sacrificabatur inter hos & illos diuidebatur secundū legis institutum) quàm Dei altaria: & nihilominus mādabat Deus vt ibidem adessent, velut reuerentia tremoreque conuulsi. *Memento sanctuariū meum.*

XI. Templo nostra sunt multo digniora.

Leuit. 19. 30.

Lea. 1. 17.

Porro in nostris templi res non habemus figuris vmbriisque designatas, sed in rei veritate præsentibus: hanc enim dixit D. Ioan. à Saluatore factam. *Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesū Christum facta est.* Hic verè & realiter, ac in propria persona adest filius Dei in venerabili Eucharistia Sacramento, eius vera Diuinitas, eius verū corpus & anima: hic verè præsentibus ad sunt Angeli præsertim sui diuini officijs, maximè verò sub missæ sacrificio: sicut enim dum Deus in figura latebat in arca & propitiatorio, multi in figura depicti videbantur in cortinis Angeli circumquaque: ita quoque & hic, vbi in veritate Deus adest, adsunt & in veritate caelestes spiritus numero quàm plurimi.

D. Chry. Ho. de nod. contem- nenda Ec- clesia To. 5.

Ita probat D. Chrysolto. imò ipso ille sapius vidit, vt refert D. Nihil eius discipulus in epistola quam scripsit Episcopo Anathasio, singula res diuinaeque proferens historias, quæ quo ad hoc ei contigerunt, & quædam S. Doctoris verba confirmant dum ait: *Diuina communis tē- pore non solum homines maxime horrendum illum clamorē vociferantur (loquitur autem de hymno cantati sicut ante consecrationem Sanctus, Sanctus, Sanctus &c.) sed & Angeli, & procumbunt Domino, & Archangeli cantant, & quemadmodum*

homines ramos oliuarum rescissos pedibus protendunt per stirpem illam misericordia, & humanitatis illis adiuuantes (oportet & hunc tunc morem inoleuisse) ita sancti & tunc Angeli pro rom. oliuarum, ipsum corpus Domini protendentes, Dominū pro natura humana deprecantur dicentes: *Pro his rogamus, quos in ipse prior dilexisti, vt animā tuā dares. Pro his precor fundimus, pro quibus ipsa sanguinem sudasti. Pro his deprecamur, pro quibus corpus hoc hostiam obtulisti &c.* Vt admirabile sacrificium illam D. Greg. Iapæ sententiam agentis de sublimitate & excellentia sacrificij nullæ quod offertur in Ecclesia. *Veniemus quale sit hoc sacrificium &c.* Quis enim si. lum habere dubitū possit in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis vocē caelum aperiri, in illo Iesu Christi mysterio Angelorum chorus adesse, summi ima sociari, perreua caelestibus iungi, vnum quoque ex visibilibus atque invisibilibus fieri. Quantum conijcio spectat illud D. Cypria. & nos supra retulimus: quod adesse teneamus quasi in cælo præsentibus esse, vnum cum Angelis chorus facientes: idcirco namque præmonemur, dū dicitur, *Sursum corda.*

D. Greg. L. 4. Dialo

D. Br. L. 2. de consi- deratio ad finem.

An ergo conuenire indicatis, vestras vos huc adferre leuitates, hic oculo verlati impudico, hic visum torquere in id quod animæ est perniciosū, hic terrena vestra & secularia tractare negotia? *Auferite ista hinc* Scripsit D. Bern. Eugenio Pontifici vt recordatus se Pontificem esse, nugæ emittat. *Inter seculares, nuga nuga sunt in ore sacerdotis blasphemia. Consecrasti os tuum Euāgelio, nuga iam aperire, illicitum, assuescere sacrilegium est. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius, non nugas profecto, nec fabulas.* Idem sit de loco sacro iudicium. Confabulationes, confabulationes sunt potro in templo blasphemia. Pluris estimat diabolus quod te ad inania in templo verba pelliceat, quàm ad multa foris non quia ex se grauius sit peccatū, sed quia *In faciem Dei, &c.* Sicut in viro Ecclesiastico, exigua alapa, quàm Episcopus Andreas publicæ impugnat, causam inuoluit grauissimam, id quod in viro seculari vt locus attenditur. Certe tibi ne Deus ipse flagellum arripiat, quandoquidem nec superiorum verearis & prebensiones, nec voces timeas prædicatorum, nec Dei suspicias maiestatem, nec Angelorum honores præsentiam inuerecundus.

